

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Caro siue corpus s  
cum uariis

Nichil aliud est caro cum qua tanta est societas nisi spuma caro facta, fragili decore uestita; sed erit quando erit cadauer miserum et putridum et cibus uermium. Si diligenter consideres quid per os et nares et ceteros corporis meatus egrediatur, uilius sterquilinium nunquam uidisti. Si singulas eius miserias enumerare uelis, quam sit onerata peccatis, irretita uiciis, pruriens concupiscentiis, occupata passionibus, polluta illusionibus, prona semper in malum et in omne uicium procliuis, plenam confusione et ignominia inuenies.

Hugo de claustro anime libro I. capitulo I.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

societas] qua tanta est societas *add.* M; quando erit] quandoque P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>;  
sterquilinium] sterquilinum V<sup>1</sup>; irretita] irreptita M; pruriens] pruries P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>; procliuis]  
procliuis (*cor. sub lin.*) B; plenam] tamen *add.* M; ignominia] ignomina (*cor. intra*) B